Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26458
Copyright: Admont, Benediktinerstift

160

tatis. que est caritatis. At tamen inquit. si uidis
quando tollar a te erit quod petisti. si autem non ui
dis non erit. Si enim homo cinis et puluis. diuine ui
sitationis aduentum ad se. l. transitum eius a se ob
seruare non neglexerit merito accipiet quicquid
postulauerit. sin autem ingrata fuerit diui
ne uisitationi. nec addiuinum suspensa re
ditum. nullum petitionis sue optinebit effectum.
Cumque incedentes sermocinarentur. ecce cur
rus igneus et equi ignei diuiserunt utrumque;
et non uidit eum amplius. Omni tempore quocum
hominibus conuersatus est dominus noster iesus christus. miti
et affabili usus est colloquio. prius unumquemque;
admonens uerbis adtendere quid
esset. uel ad quid tenderet. me
mento inquiens quia cinis es.
et in cinerem reuerteris.
Currus qui quatuor fertur quadrigis. qua
tuor significat sacramenta. per totum mundum
discurrentia. scilicet incarnatio. passio. re
surrectio. ascensio. equi ignei sunt apostoli. ig
ne spiritus sancti inflammati. de quibus per prophetam
dicitur: Qui ascendes super equos tuos. et qua
drige tue saluatio. Igitur cum christo et ec
clesia pergentes sermocinarentur. i. dulciora
super mel et fauum eloquia inuicem conferrent.
equi isti. et quadrige utrosque diuise